

mus, dicentes; ut Prov. VI, 10. Psalm. XXII, 9. XXX, 10. XLVI, 11. &c.

רָגֶב *hicce vir potens*;) qui suprà vocabatur **הַכְּפֹר** *vers. 3.* Tacitè opponuntur vires hujus viri carnales viribus piorum spiritualibus, quando in Deo omnem collocant fiduciam, &c.

לֹא (qui) non:) ellipsis relativi, quam inuit accentus Rebhia unà cum contextu.

יִשְׁתַּחֲוֵן *ponet*:) ponere vel reputare non consuevit. Ita verò verbum *Ponendi*, geminum post se habens accusativum, idem est ac, Constituere aliquid v. g. *pone me quasi sigillum*; h. e. constitue me tam charum atque præsentem, quomodo solet esse annulus, *Cant. VIII, 6.* **אָשָׁיו** *ponam flumina desertum*, h. e. constituam, ut ita fiat, *Jes. L, 2.* omnia idola ejus ponam desolatiōnem *Mich. I, 7.* cornu tuum ponam ferrum, *cap. IV, 13. &c.*

מְעוֹז *perfugium suum*:) h. e. Deum divinasque promissiones susque deque habet, citius confugit ad præsidium humanum ac vires proprias, quā ut divinas imploret. Nomen enim **רוּחַ**, quod in genere significat *robur*, (v. g. *vita*, *Psalm. XXVII, 1. Pharaonis*, *Jes. XXX, 3. &c.*) speciatim accipitur pro *Robusta mutatione vel fortalitio*, v. g. *Ezech. XXX, 15. Ps. XXXI, 5. Nab. III, 11. &c.*

וַיְבַטֵּח *sed sperat vel confidit*:) Vav adversative, ut *Psalm. XLIX, 13. L. 16. &c.*

בָּרָךְ *in multitudine divitiarum suarum*:) i. e. in divitiis suis multis atque splendidis. Prius substantivum loco adjectivi, sicut posterius, *vers. 6.*

רוּחַ *roboratur, vel robur suum collocat*:) opponitur hoc præcedenti **מְעוֹז**, quod fortitudinem suam non querat in Deo, verum in propriâ nequitia, aliis summe pernitiosâ, quâ ipsa armatus alios audacter provocat &c. vide de **רוּחַ** *vers. 4.* unde simul patebit, quod **רוּחַ** *pravitatem* significet, non vero facultates juxta Saadiam; qui ab **רוּחַ** *fuit*, derivat, q. d. in dem / was sein ist. Drusius *L. 3. quest. 40.* coincidere putat, cum Belgicô *Habe*; Græcis *στοιχία*, ab **רוּחַ** *fuit*; hinc vertit: *roborat se opibus suis*. Sed quid opus, in eodem psalmô eademque materiâ, tam diversimodè idem vocabulum interpretari? Benè Campensis, & sceleribus potentiam affectavit.

EXPLICATIO VERSUS X.

קוֹרֵת *quasi olea*:) scilicet ero; h. e. ubi calumniator meus, pœnis Dei ingruentibus, excabitur, folia amittet, calvus fiet, succidetur, eradicabitur, ibi ego novas subinde à Deo meo accipiam vires, crescam, florebo, fructusque feram, quantumvis hac vice contemptum ego sim lignum truncusve succisus. Confer *Ps. XXXVII, 35.* sicut laurus viridis, *Psalm. XCII, 7.* sicut herba: *vers. 13. & Sirac. XXIV, 14. 18.* justus ut palma florebit; *Psalm. CXXVIII, 3.* sicut novellæ olivarum: *Proverb. XI, 28.* quasi virens folium: *Jes. XXV, 1.* florebit quasi lily: *Jes. LXVI, 14.* quasi herba: *Hos. XIV, 5. 6.* sicut rosa: *vers. 7. 8.* sicut vitis: *vers. 8. 9.* quasi abies virens: *Sir. XXIV, 15. 19* sicut oliva generosa in mediō campi, sicut platanus: *cap. L, 11.* sicut oliva fructifera, sicut cyparissus insigniter procera, *vers. 14.* sicut cedri in Libanō. De oleâ confer *Botiac prom. allegor. num. 1368.* ubi collatio piorum & olivæ, ob loci calidi siccique amore, fertilitatem, (fructus veteres non de-

A cidunt, priusquam novi successerint, ligni soliditatem, perpetuam viredinem, carie vel vestate non labefactatur intra ducentos annos, fructus, radices amaras, &c.

בְּבֵית אֱלֹהִים *in domo Domini*:) opponitur hoc Davidis exilio, q. d. etiam si tu Doëg antehac in domo Domini, dum Pontificem accederem, dolose me observaveris, atq; apud regem detuleris, (*1. Sam. 21. 8.*) etiam si quoq; nunc mihi, à sacris depulso atq; exuli, acerbè insultes, credo tamen speroq; immotè, me non perpetuè Domō Domini sic abfuturum, sed certo tandem reducem istic instar oleæ ad mortem usque perstiturum esse.

בְּתַחְתִּי *speravi*:) continent hæc causam produci modo vigoris, nimirum quia spes Davidis in Dei promissiones, de tradendo tandem regnō, &c. posita non confundit.

עוֹלָם *perpetuo*:) nomen hoc, cui præmittendum fuisset (**ל**) juxta sequentem versum, adverbiascit etiam in hac formâ etymologicâ pag. 149. n. 1. Et quidem hoc ipsum **עוֹלָם** sequente **עוֹלָם** follet alias ipsam designare *eternitatem*, ceu videre est ex dictis ad *Psalm. XLV, 7.* quare cum spes defitura sit, (*1. Cor. XIII. vers. ult.*) connectimus hanc determinationem non cum verbô **בְּתַחְתִּי**, sed cum proximiore **חֶכֶר אֱלֹהִים** suppletô relativô, hunc in modum: *sperabo in misericordia Dei* (quæ) *in seculum seculi*.

EXPLICATIO VERSUS XI.

אוֹרֵךְ *celebrabo te*:) per apostrophen convertit se jam David in epilogô ad Deum ipsum, de quod *vers. 10.* locutus saltem fuerat in tertia personâ: similia habes exempla *Neb. IV, 4. VI, 9. Psalm. XVI, 5. XXXIII, 22. LXXXII, 8. &c.*

עַשְׂתָּה *quod tu feceris*:) opponit hoc tum fortunæ vagæ, tum propriis aliorumve amicorum aut militum viribus; q. d. quando tandem, exiliô finitô, in domo Domini florebo, prout confido firmiter, non oblivious ero, vel laudes tribuam creature ulli, ac si hoc *EFFECERIT* fortè mea prudentia, animus heroicus, militum constantia, &c. sed in solidum hoc adscribam Tibi, Domine, quod tu *FECERIS*, quod tu felicitatis meæ autor unicus ac principium. Accusativum verbo huic non subnequit, colligendum videlicet eum relinquens ex *vers. 10.* Præteritô vero utitur de re futurâ, ob indubiam rei, tanquam præsentis aut præteritæ, certitudinem, more prophetarum.

שְׁמָךְ *nomen tuum*:) h. e. te ipsum (per metonymiam, confer *Deut. XXVIII, 58.*

טוֹב *bonum*:) scilicet nomen tuum, h. e. salutare solatique plenum. Quanquam enim hoc **טוֹב** à nonnullis ad Deum, ab aliis ad *Expectationem* vel *Celebrationem* referatur, simplicissimum tamen videtur, id ipsum connectere cum proximô, nempe cum nomine Dei, quippe quod mirificè jucundum, utile ac pretiosum est piis Dei cultoribus.

חִסְרֵיךְ *apud sanctos tuos*:) h. e. etiam si mundani, Doëgo similes, parum currenti no-titiam: hæc ipsa tamen coram cultoribus suis nobilissima semper ac saluberrima extitit, adeò ut nil eidem præferre fuerint ausi. De voce **חִסְרֵיךְ** *beneficiarius, beneficis*, vide *Psalm. XII, 2. XXX, 5. Prov. II, 8.* item *Gatak. cinn. pag. 267.*

USUS

USUS P
(1) Ex matre
arygnum pete
(2) Turpe effa
tur periculare, ut
(3) Ne des an
dimentum jam vid
soul contra Da
(4) Quantum
una pavidem e
t. 399.

US
(1) Ne quis G
datur robore,
non diffidendum
(2) Gloriat
aratum.
(3) Semitur il
mo, impingit con
positum: si perci
ma red. Jes. III.
(4) Nullum me
munde esse nov
US
(1) Lingue perm
II
(2) Deception
cum delati ipsa
conendorum, gl
LV, 11. &c.
(3) Lingua quo j
USU
(1) Makan bono
impingere alteriu
use. Diligan
(2) Mendaciu
rem, adeoque
Lopendum j
UV, 3.

USU
Verba, five
me conscientia
danda illa, ne
quandoque
Dolus Deo p
USU
Impiorum fel
sunt videantur
sunt tamen a
USU
versu sexto, i
Causam r
ad inf. tribunt c
agat de Neb
que devasta

SLUB
Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden